

num. 5. in fine cor. *Dunon. & dist. decr.* 474. num. 16. Neque hoc modo prejudicatur habenti certum locum in ecclesia, prout esset si a loco jam quaesito amoveretur, Rota p. 19. tom. 2. *recensior. dist. decr.* 474. num. 17. & 19.

Contra amoventes sedilia agi potest actione injuriarum, etiamsi amovens esset Administrator ecclesie; Posthinc in *tract. de manu. observ.* 73. numer. 62. & *observ.* 18. num. 25. Anton. de loco legali lib. 1. cap. 3. num. 65. Si antiqua forma ecclesie immutatur in aliam structuram, sedilia, seu scamna laicorum in illa existentia reponi debent eodem ordine, quo reperiebantur ante immutationem fabricae, vel in loco aequo digno; Card. Petra tom. 2. *comment. in Const.* 3. *Caes.* III. num. 11. *Ursaya tom. 7. part. 1. discept.* 18. per tot. Rota in *Pampilon. Juris sedendi decr.* 117. Posth. de manu. & *de cr.* 378. part. 2. *recens.* Jus habendi talia sedilia, vel sepulchra in ecclesia concessum alicui familiae, vel descendentes, extincta familia transit ad heredes extraneos, sicut & Jus patronatus gentilitium in tali casu ad extraneos heredes transiret, nisi taxative concessum fuisset illis de familia dumtaxat, vel solis descendentes; Ancaran. *consil.* 82. Calderin. *consil.* 4. de *Jurepatron.* Vivian. in *prax. Jurepatronatus lib. 4. cap. 1. num. 1. & seq.* Antonell. de loco legali lib. 1. cap. 3. n. 69. Cardin. Seraphin. *decr.* 364. num. 1. & *seq. & decr.* 378. per tot. Sedilia non possunt in ecclesia ita collocari, ut sedentes vertant terga ad Santissimum Sacramentum, & alia indecora oriantur; Sanctus Pius V. in *constitut. incipient.* Cum primum Apostolatus Officium.

Strata ad Ecclesias sibi deferri facere, nemini sub gravibus penis licere declaratur, exceptis dumtaxat personis Regalibus Clemens XI. *part. 3. sui Bullar. decret.* 1. *Congr. Ceremon.* ibi: Proposito in Sacra Congregatione Ceremoniali quodam abusu inter alios, qui de recenti in Urbe irrepserunt, eadem Sacra Congregatio ad eum omnino tollendum die 30. currentis anni 1701. decrevit: *Non licere cuiquam persona quovis gradu, conditione, ac dignitate insignite (ipsis Personis Regalibus tantum exceptis) ad Ecclesias strata sibi deferri facere, & si secus adum fuerit immediate cessandum fore a divinitus; Quod nisi servetur, Reiores ceterosque Ecclesiarum ministros ipso facto excommunicationis poenam, aliasque arbitrio Sacrae Congregationis incurrere, eamque Ecclesiam, in qua talis abusus permixtus fuerit, habendam esse pro interdicta.*

Et facta per me Prosecretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas sua decretum praefatum approbavit; Nec non promulgari, atque executioni tradi, & in omnibus Urbis sacrorum affigi mandavit die 3. Octobris 1761.

Affertur decretum generale Sac. Rit. Congr. prohibitionis laicis osculandi Evangelium intra missam, usum Baldachini in ecclesiis, & assistentium in presbyteriis; Dum pluries Sac. Rit. Congr. inhazendo decretis alias editis & signanter in *Lucerna die 22. Nov. 1664. 26. Sept. 1675. & 13. Martii 1678.* declaravit, nullo modo dandum esse Evangelium ad osculandum Secularibus, etiam Praesidi in celebratione missarum; Nec non eis prohibuerit usum Baldachini in Baren. 5. *Martii 1667. & 17. Junii 1684. Marsiceni. Polignan. & Mileten.* 5. *Martii 1667. Hieracen.* die 2. *Obob. 1683. & Picteten.* 23. *Septemb. 1684.* Ac insuper denegaverit assistentiam in presbyterio, & specialiter in *Maceraten.* 24. *Januar. 1665. Malphitana 15. Junii 1665. & Baren.* 20. *Nov. 1677. & 21. Feb. 1687.* Eminentissimi, & Reverendissimi DD. Cardinales eidem Sac. Congr. praepositi, mandarunt, ut praedicta decreta prohibentia personis secularibus osculum Evangelii, usum Baldachini, & assistentiam in Presbyterio, renoventur, & copia illorum transmittantur Archiepiscopis, & Episcopis, eisdem injungendo, ut illa intinamari faciant Superioribus Ecclesiarum suarum Diocessibus, quam Regularibus, & in casa transgressionis, procedant etiam contra Regulares, auctoritate ejusdem Sacrae Congre-

gationis, ad poenam interdicti. Et ita decreverunt, &c. *Die 13. Martii 1688.* A Cardin. Cibo. Loco Sigilli. *Bernardinus Cavalus Sac. Rit. Congr. Secr.*

Aliud decretum generale Sac. Rit. Congr. die 22. Aprilis, referente Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Columna Ponente, stetit in *decisis die 13. Martii 1688.* & quoad Baldachina, non tantum illorum usum, verum etiam retentionem, tam in presbyterio, quam extra in eodem Decreto comprehendi declaravit. Et ad effectum, ut memoria peccat similis abusus, mandavit, ut injungatur Archiepiscopis Regni Neapolitani, quod hastas, gradus, suppedanea, & quaecumque alia signa Baldachini ab Ecclesiis suarum Diocesium, tam secularium quam Regularium, remove faciant, & quoad Ecclesias Regularium procedant ad interdicta, & contra inobedientes ad Censuras auctoritate *Sac. Congr. eadem die 22. Aprilis 1690.* quod & confirmavit Sanctissimus eodem die, & anno 1699.

Hinc eadem Sac. Congr. Rit. in *una Amerina sedilium 16. Martii 1697.* confirmata 12. *Septemb. 1699.* mandavit aptandum esse locum Magistratui extra presbyterium juxta designationem porrectam a Magistro Ceremoniarum, non obstante quod Magistratus reperiretur in possessione, & allegaretur aliter loci congrui deficientiam. Et Magistratum laicum non posse in ecclesia habere retentionem, sive usum tapeti, aut stratus declaravit *dist. Sac. Congr. Rit. in Baren. 1. Sept. 1690.* qua respondit "concedendum esse Magistratui Baren. scamnum, sive sedile ligneum, sive suppedaneo panno coopertum, tam in ecclesia cathedrali, quam in omnibus ecclesiis secularium, & regularium extra presbyterium," quod decretum iterum probavit in *Apruntina 6. Ob. 1696.* in *respons. ad 8.* in qua fuerunt proposita, & resoluta sequentia dubia.

1. An, & quotuplici ductu sit thurificandus D. Praeses Regius Provinciae Apruntinae, dum assistit missae cantatae, quae solemniter celebratur.

2. An sit thurificandus eodem tempore, quo thurificatur Episcopus, & quatenus post, an ante, vel post Canonicos?

3. An eidem praesidi dandum sit osculum evangelii, & quatenus affirmative, an eodem tempore, quo evangelium osculandum datur Episcopo, & a quo sit dandum?

4. An eidem praesidi sit dandum osculum pacis eodem tempore, quo datur Episcopo, & quo instrumento, atque an ante, vel post Canonicos?

5. An Domini Regii Auditores Regiae Audientiae Terami possint, dum assistunt officii divinis, sedere in sedibus coramineis cum brachiorum appodiis, & habere stratum cum pulvinari, stante quod prius tempore, quo alia vice aderat in civitate tribunal Regiae Audientiae, sedebant in scamno ligneo nucis cum postergali, & suppedaneo, quod quidem scamnum adhuc extat in ecclesia?

6. An Magistratui Terami debeatur thurificatio duplici, vel unico ductu, & a quo sit thurificandus?

7. An Episcopus possit concedere Magistratui inferiori, quod thurificetur duplici ductu contra formam Ceremonialis?

8. An possit Magistratus Terami habere, & tenere scamnum in ecclesia cum postergali, suppedaneo, genuflexorio, & brachiorum appodio?

Quibus dubiis relatis Cong. Rit. respondit.

Ad 1. Duplici ductu.

Ad 2. Negative, quoad primam partem, & quoad secundam servetur Ceremoniale lib. 1. cap. 23. in fin.

Ad 3. Negative.

Ad 4. Post Episcopum dandum esse osculum pacis juxta Ceremoniale lib. 5. cap. 24.

Ad 5. Dilata, & videatur de solito.

Ad 6. Servetur solitum.

Ad 7. Negative.

Ad 8. Detur decretum in Baren. 2. *Septemb. 1690.* Et in alia Camerinen. Suboritis inter Episcopum, & Magistratum controversiis de associatione in solemnita-

tibus, de appositione stratus, de manuum lotione, de Gubernatoris sede & accessu, *sub die 21. Februarii 1699.* mandavit servari sequentia.

I. Magistratus in solemnioribus festivitatibus a Ceremoniali praescriptis, absente Gubernatore, habitura hora a Magistro Ceremoniarum, seu ab alio Ministro ad Palatium Episcopi usque ad portam Cubiculi, quod dicitur *Anticamera*, accedere debet, & Episcopum cappa indutum ad ecclesiam comitabitur, peractis functionibus ad portam majorem ejusdem Palatii pariter comitabitur, & Episcopus monitus de adventu Magistratus statim ei obviam procedet, & ad Ecclesiam perget.

II. Praesente vero Gubernatore, obviam procedat Episcopo egredienti usque ad portam palatii ipsius Episcopi, & in accessu ad ecclesiam Gubernator erit ad sinistram Episcopi, & idem in recessu servabitur.

III. E conspectu altaris SS. Sacramenti factis inter se debitis salutationibus, Episcopus ad genuflexorium strato, & pulvinari ornatum preces effundet, & hinc inde ad latera Canonici, Gubernator vero, & Magistratus ad consueta sedilia pergunt, ibique genuflexi versus altare Sanctissimi Sacramenti orantur, & quando Episcopus ad chorum perget, stantes ipsum transuentem salutabunt, & idem ordo servandus erit, etiam absente Gubernatore.

IV. Si vero Episcopus ad ecclesiam per parvam portam perget, Magistratus ad eandem portam accedere, & comitari debet.

V. Magistratus non debet genuflexere supra panniculum, quod omnino prohibuit Sac. Congr. die 9. *Novemb. 1669.*

VI. Nulla Canonicozum assistentia debetur Episcopo, quando ad ecclesiam accedit, & per eam incedit, dum est cappa indutus, secus vero quando est cum paramentis Sacris, & tunc Gubernator, & Magistratus erunt post Episcopum.

VII. Gubernator genuflexere non debet in eodem genuflexorio insimul cum Episcopo, quando est cum cappa indutus.

VIII. Magistratus prout in Ceremoniali, tum absente, tum praesente Gubernatore, in lotione manuum inservire valeat.

IX. Quando Episcopus conciones audit, nulla Canonicozum assistentia ei debetur, & tunc Gubernator sedere debet prope Episcopum, extra tamen Baldachinum in Sede Camerari consimili in aequali linea, eo modo quo sedere solent Episcopi non Cardinales, & neutra sedes sit coloris Rubei.

X. Accedente Gubernatore in habitu ad ecclesiam, aliquis ecclesiae Minister cotta indutus porriget eidem aquam benedictam manu, absente tamen Episcopo.

Quae decreta cum fuissent per modum concordiae proposita ab Eminentissimis DD. Cardinalibus Carpineo & Petruccio ad hunc effectum deputatis, & partes noluisent acquiescere: reposita causa *sub die 19. Aprilis 1698. Sac. Congr. declaravit, esse omnino servanda, & adhuc paribus reclamantibus Sub die 21. Feb. 1699.* stetit in decretis, & silentium impositum.

Qualis honor debeatur Praelato, praesidi provinciae, declaravit *Sac. Congr. Rit. in Maceraten. 5. Aug. 1662.* modo sequenti.

I. Gubernatori Maceraten. praesidi provinciae, non habenti facultatem Legati de Latere, non competere Sedem sub Baldachino, sed sine solio supra scamnum Magistratus, nempe cameralem decentem, & disjunctam a scamno Magistratus, eidemque unico gradu, vulgo *predella*, tapete obtuto, nedum Divinis juxta presbyterium, sed etiam alibi concionibus audiendis, pariter supra scamnum Magistratus perpetuo detinendam.

II. Episcopum tamen praeside praedicto praesente nullibi diocesis debere a benedictionibus populi tum privatis tum solemnibus abstinere, sed neque ullum humanitatis actum antequam benedicat erga Gubernatorem praesidem exhibere.

III. Nullam deberi praecedentiam Gubernatori praesidi provinciae supra Episcopum etiam extra diocesis degentem, quamvis praeses in sua in provincia existat.

IV. Episcopum non debere obviam ire Gubernatori praesidi provinciae adveniendi ad cathedralem, neque illium ab ea discedentem associare.

V. Gubernatorem, seu Praesidem praedictum teneri accedere ad Episcopum, ut ab eo accipiat candelam, & Palmam benedictam, etiam cum osculo manus Episcopi; idemque servandum in distributione cinerum, numquam tamen teneri Episcopo genuflexere.

VI. Canonicos teneri prestare Gubernatori civitatis praesidi provinciae consueta obsequia, quapropter saltem per duos Canonicos idem excipiatur & ad portam ecclesiae in discessu associetur.

VII. Magistratum teneri praestare Episcopo & Cathedrali Ecclesiae consueta obsequia, tum praesente, tum absente Gubernatore, & quatenus reuatur compelli posse. Et si Magistratus sponte velit ad Cathedraliam accedere, & divinis inibi juxta solium interesse, aut antequam de eius contumacia per actus positivos Episcopo non constet, nulla ei vis inferatur, vel in eum Episcopus nullum coactionis remedium exequi permittat.

VIII. Ad supplendum Magistratui absentem in lotione manuum Episcopi, posse subrogari alios nobiles viros, quibus tamen locus in scamno Magistratus minime assignetur, sed qualibet vice in ipso solemnitate peragenda actu seligendos, & vocandos, & quoad fieri potest variandos, nulla tamen praevia in scriptis eorum deputatione.

IX. Praeterea eadem Sac. Congr. declaravit, Gubernatorem praesidem provinciae non Episcopum, non posse sumere paramenta de altari, ex quo id veritum sit praesidi Episcopi inferioribus, etiam usu pontificalium gaudentibus, praeterquam in missis pontificalibus.

Quod Decretum habuisse apud se authenticum testatur *Monacall part. 2. tit. 13. form. 2. num. 13.* a quo referentur etiam alia adducta ad num. 29.

Dedicationis ecclesiae festum potest ab Episcopo ex juxta causa transferri in alium diem magis congruum ad evitandam concurrentiam aliorum officiorum; Speculat. *cons. 4. p. 3. rubor 52. Monac. part. 1. tit. 6. formul. 10. num. 39. & part. 2. tit. 13. formul. 2. sub num. 17. Sac. Congr. Episc.* in responson. ad primum dubium propositum a Suffraganeo Brisinen. *sub die 4. Febr. 1585.* praecis his verbis: *Episcopus ex juxta causa potest transferre Dedicationis ecclesiae Festum in alium diem magis congruum. Sanctis antiqui Testamenti possunt dedicari ecclesiae. Cum enim apparitioni ecclesiae, in honorem Sancti Job in civitate Albani impedimenta opposuisset Suffraganeus ejusdem civitatis; proposita causa in Sac. Rit. Cong. die 22. Junii 1680. prodit rescriptum: Removenda esse impedimenta. Cumque tali resolutioni non acquiesceret idem Suffraganeus, reposita causa die 31. Augusti ejusdem anni, rescriptum fuit: In decisis, & amplius causa non proponatur; Ursaya Institut. Criminal. lib. 4. titul. 10. num. 65. & seq.*

Musica est de jure permessa in ecclesia, textu expresso in *Extravagan. Docta, de vita, & honest. Cleric.* & multis adductis tradit Pignatell. tom. 3. *consul. 41. per tot.* Episcopus potest prohibere, quod in ecclesia non canantur in Musica, nisi verba Sacra, Devota, Ecclesiastica, prout jussit Alexander VII. in sua Constitutione publicata 23. *Aprilis 1657.* & innovavit Innocentius XII. 20. *Augusti 1692.* Episcopus vigore decreti Concilii Tridentini cap. 8. *sess. 22. de celebrat. Miss.* potest prohibere, non obstante quacumque contraria consuetudine, ne in ecclesiis, & oratoris publicis canatur musica lingua vernacula, quantumvis cantuacula & verba spiritualia sint; Sac. Congr. Rit. in *Hispalensi.* 3. *Sept. 1696. & 24. Novemb. 1697. referente Eminentissimo Colloredo.* Episcopus non potest prohibere musicis, neque officialibus ecclesiarum quod musicam non



non canant, nisi vocato magistro Capellæ Cathedralis, Sacr. Congr. Episcop. & Regul. 11. Martii 1648. & in Aquilana 2. Decembr. 1695. referente Eminentiss. Cardinali Petruccio. Est decretum generale S. C. esse tolerantiam musicam in ecclesia exteriori Monialium præsertim in quibusdam festis principalibus, ubi est talis consuetudo; ubi non adest, non esse de novo concedendam; Sac. Congr. Episc. in Neapolis. 10. Novemb. 1582. apud Nicol. in Florent. verb. Musica num. 8. (Vid. lit. B. pag. 303. num. 53. in noviss. add. cum leg. 37. tit. 5. part. 1.)

44 Propter ecclesiæ reverentiam possunt expelli artifices prope illam obstreperantes, ac personæ infames, & sordidæ ejus divina officia perturbantes, arg. c. Pridem 7. caus. 18. q. 21. & sic censuit Sacr. Congr. Episc. & Regul. in Interamnia 21. Martii 1589. nimirum quod in nulla domo ecclesiæ contigua habitare debeant caupones, hospitiæ recipientes, gladiatores, comædi, similesve personæ. Et de meretrice habitante apud, vel prope ecclesiam, vel monasterium monialium, quod possit expelli indistincte, & absolute probat textus in Authent. de lenon. §. Quosdam vero, ibi: *Et quod deterius est iuxta sacratissima loca, & venerabiles domos sunt tales habitationes, & in leg. 4. Cod. de spectat. publ. 11. & res. pluris Sacr. Congr. Episcop. etiam habitet in viis, quæ ducunt ad ecclesiam, ut in Macerata. 21. April. 1603. & in Tuderina 16. Septembr. 1598. in S. Severini 19. Augusti 1604. præcipue prope Conventus Regul. ut in Marticensi 14. Junii 1588. in Viterbiensi 6. Sept. 1593. vel iuxta monasteria Monialium, ut in Interamnia. 6. Martii 1617. Hinc stabulum prope ecclesiam construi prohibetur, l. Basilicam 21. Cod. de oper. publ. quia ratione factoris, strepitus equorum aliorumque animalium & irreverentiæ divinus cultus detrimentum pateretur, leg. Ediles in fin. ff. de via publ. l. 2. §. Item ait si odore cum Gloss. ff. ne quis in loc. public. & firmat Capella, quem sequitur Sperelli. decr. 239. §. 820. utrobique num. 1. & 3. Unde competit ecclesiæ privilegium removendi stabulum, aliave loca sordida, tam ratione factoris, quam indecentiæ propter sordes, ac immunditias, quas arceri oportet à limitibus sacrarum ædium; Leg. Si quando, §. fin. ff. si servit. vind. cap. l. Fistulam in princip. ff. de servit. Urban. Et præcipue, si supra stabulum sit etiam ædificatum fœnile, quod sit contiguum, vel annexum ecclesiæ, vel monasterio, est removendum ob irreparabile præjudicium, ac periculum futuri incendii, adeo ut ne isto quidem casu admitti possit cautio de damno infecto; sic expresse Pignatell. tom. 4. cons. 177. ubi late, & egregie per tot.*

(Cum sit locus decens, & mundus ad ecclesiarum ædificationem investigandus, qui nec debet esse proximus meretricum domibus, macello, nec termino, ubi immunditiæ ejiçiantur, neque aliis hujusmodi qualitatis, ut demonstrat lex. 8. tit. 10. p. 1. etiamque per leg. 24. tit. 32. p. 2. decernatur, nulla ædificia præter ea, quæ fuerint ad pietatis usum destinata, prope ecclesiam fieri posse: inde provenit, personas num. 41. recensitas iuxta ecclesiam habitare non posse. In majoribus eorum, ceterorumque usque ad num. 47. comprehensionem memorie demandatur doctrina à D. Alphonso de Montalvo in leg. 4. tit. 2. lib. 4. For. Reg. D. Gregorio Lopez glos. 2. leg. 14. tit. 10. p. 5. & D. Antonio Gomezio in fin. cap. 6. tom. 3. variar. vers. Et ex superioribus: inserta. Ad rem leg. 2. tit. 22. p. 7. tit. 14. lib. 8. Ord. Reg. 4. §. 5. tit. 11. lib. 8. Recop. Cast. Nullum avertit noverunt, videatur, si lubet, additio hispanica verb. Crux: & verb. Immunitas Ecclesiastica, vers. Tam piè: & his adjungit quæ in add. hisp. verb. Eleemosyna, vers. Neque assidua: referuntur.)

48 Pro complemento datur hic epistola encyclica ad universos Patriarcas, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Italici, Insularumque adjacentium Ordinarios jussu Summi Pontificis Clementis XI. conscripta, qua illius veneratio, ac reverentia Ecclesiis debita impensissime comendatur. "Præmendo alla Santità di nostro Signore di sod-

disfare alle parti del suo Apostolico Ministero, con andare estirpando, per quanto è possibile dal Popolo Christiano le offese, che si fanno al signore Dio, e quelle particolarmente, che cagionano publico scandalo, portano più irreparabile rovina spirituale alle anime, e provocano maggiormente l'ira Divina sopra di noi, ha posto l'occhio sino dal principio del suo Pontificato in primo luogo sopra l'abuso ormai troppo universale del poco rispetto, che si usa nelle Chiese, le quali, dovendo esser Case di Orazione pajono per la irreligione di molti mali Christiani quasi ridote a Case di libertà, e di peccati.

"Mi ha però comandato espressamente la Santità Sua d'incaricare a suo nome a V. S. siccome a tutti gli altri Ordinarij d'Italia e dell'Isole adjacenti, che con ogni studio, e diligenza procurino di porgere rimedio al inconveniente predetto, e di restituire alla Casa di Dio la riverenza, ed il rispetto, che l'è dovuto. Ed a tale effetto la Santità Sua rinovando con la presente tutte le disposizioni de' Sagri Canoni, Costituzioni, e Decreti Apostolici altre volte fatti, e promulgati da Sommi pontefici suoi Predecessori intorno all'istessa materia, vuole, che V. S.

"I. Per mezzo di Prediche, e Sermoni, o con Editti, e Lettere Circolari istruisca, e faccia ben ponderare a' suoi Popoli, quanto dispiaccia alla Maestà di Dio l'irriverenza nell'Chiese, insinuando le minacce della Sagra Scrittura, ed i castighi publici, come di peste, Fame, Guerra, e Terremoti, e simili, che per comune sentimento de' Santi suole specialmente mandare per vendicare gli affronti, che i mali Christiani vanno a fargli nella sua propria Casa. Quoniam ultio Domini est ultio Templi sul. In segno di che, come notano i medesimi Santi, non si trova che Christo nostro Signore castigasse colle sue proprie mani altro peccato, che questo, mentre con i flagelli scacciò à Profanatori del Tempio.

"II. Prescritta alli Confessori, che ammoniscano seriamente sopra di ciò li Penitenti.

"III. Faccia specialmente avvertire le Donne, che vengano alle Chiese colla dovuta modestia, ed umiltà; non con pompe, gale, vanità, ed ornamenti indecenti, nè con alterigia, e fasto più confacevole ai luoghi di libertà, e di feste profane, che al Santuario di Dio, ricordandosi, che alla Chiesa deve andarsi per placare l'ira Divina, non per irritarla, e non per commettere, e cagionare nuovi peccati, ma per cancellare i commessi: Non potendosi udire senza orrore, che a cagione dell'immodestia femminile si siano in alcuni luoghi le cose ridotte a segno, che in vece di andare alle Chiese per trovarvi la divozione, convenga a tal'ora fuggirne per non la perdere.

"IV. Dove potrà farsi comodamente, si destini, ed assegnino agli Uomini luogo distinto e separato da quello delle Donne, nè si pergetta, che gli uni si fermino, nè stiano in quello delle altre, di maniera che resti tolta tra di loro ogni indecente comunicazione.

"V. Insista onninamente, che nelle Chiese non si facciano colloquij profani, circoli, o strepitj, si trattino negozj, e molto meno si amoreggi; riprendendo con santo zelo i trasgressori, e castigandoli severamente con implorare anche in caso di bisogno l'aiuto del Braccio secolare.

"VI. Specialmente invigili, che al Santo Sacrificio della Messa assistano tutti coll'attenzione, e religiosità, che conviene ad un mistero sì venerabile, e mostrino anche esternamente di starvi presenti non pure col corpo, ma eziandio colla mente, e con divoto affetto del cuore.

"VII. Ordinino altresì agli Ecclesiastici, che nella divozione, modestia, e decoro in celebrare i Divini Uffizj ed esercitare le altre Sagra Funzioni si portino in guisa, che non abbiano a soggiacere alla maledizione intimata da Dio a chi fa l'opera sua negligentermente, e si tolga alli secolari ogni occasione di scandalo, e di mal esempio.

"VIII. Provveda parimente che la stessa modestia,

ne divozione si osservi dal Clero, e dal popolo nelle Processioni Ecclesiastiche, le quali essendo instituite per implorare grazie, e misericordie dal Signore, e per ringraziamento de' Benefizj da sua Divina Maestà ricevuti, devono essere accompagnati non da discorsi vani e portamenti indecenti, che pur troppo si vedono, come se si andasse à dipotto, ma da orazioni, ed altri atti di Christiana divozione, che possono essere graditi dal Signor Iddio, secondo l'intenzione di S. Chiesa.

"IX. Molto più si faccia ciò osservare quando nelle dette processioni si porta il Santissimo Sacramento, o nelle Feste solenni, o il Santo Viatico a gli Infermi. Nella quale occasione sarà molto lodevole, che per quanto potrà, procuri d'introdurre nella sua Diocesi l'osservanza delle Regole, ed Istituzioni sopra di ciò promulgate in quest'alma Città di Roma l'anno 1695. per ordine della Santa memoria di Innocenzo Papa XII. eccitando li Fedeli a rendere in quella sagra Azione ogni più divoto Ossequio al Venerabilissimo Sacramento dell'Altare, anche per conseguire li tesori spirituali delle sante Indulgenze a tal effetto concedute da' Sommi Pontefici, e specialmente dalla santa memoria di Papa Innocenzo XI. e susseguente mente.

"X. Procuri, che le Feste, e solennità si celebrino con modestia e divozione, e senza spettacoli, conviti moderati, e profanità vietate dai Sagri Canoni, e che nelle Musiche si osservi il decoro Ecclesiastico, senza mescolanza di parole non usate dalla Chiesa. In tali solennità, ancorchè maggiori, li Divini uffizj, se Messe cantate si celebrino secondo gli approvati Sagri Riti ed all'ore prescritte dalle Rubriche, in modo, che le Messe cantate non si prolunghino più che nel mezzo giorno, ed i Vespri, e le Complete, oltre li tramontar del Sole: Avvertendo, che alle 24. ore terminati siano tutti li Divini Uffizj, ed ogni altra sagra Funzione, e nella medesima ora siano serrate tutte le Chiese; e questa regola debba anco esattamente praticarsi nelle vestizioni, e velazioni delle Monache.

"XI. In caso di trasgressione circa le predette cose minacci con publici Editti, o in altre maniere, che stimerà più proprie, gravi pene, ed anco di prohibere le sopraddette Funzioni, e Feste, e di sottoporre in caso di bisogno all'Interdetto Ecclesiastico le medesime Chiese.

"XII. Proibisca onninamente, e sotto gravi pene alli Poveri, ed alli Mendicanti l'andar cercando limosina per le Chiese, nascendo da ciò un gran disturbo alli Divini Uffizj, ed alle Orationi de' Fedeli.

"XIII. Ordinino alli Parocchi d'invigliare e correggere li Delinquenti circa tutte le cose suddette, e bisognando li denunciarli al suo Tribunale, e castighi li stessi Parocchi, quando in ciò manchino.

"XIV. Intimi la medesima vigilanza, ed attenzione alli Superiori Regolari per le Chiese loro, ed in caso di contravvenzione, o negligenza, oltre gli altri rimedi prescritti da' Sacri Canoni, ne dia parte a questa Sagra Congregazione, che punirà i medesimi Superiori, anco con la privazione de' loro Uffizj, ed altre pene più gravi.

"Confida la Satirà di Nostro Signore, che basterà questo semplice eccitamento al zelo di V. S. per animarla a compire esattamente in questa parte al suo debito Pastorale, per non essere incolpata al Tribunale di Dio di aver taciuto, quando conveniva alzar la voce, e la mano contra i Profanatori del Santuario, e che però sarà ella per impiegare ogni studio a fine di provvedere ad un disordine sì scandaloso, che in realtà ferisce il paterno cuore della Santità Sua, la quale è risoluta di fare quanto è possibile dal canto suo, acciocchè si tolga questa abominazione dal luogo Sacro, e che la nostra Italia, in cui risiede il Capo visibile della Chiesa, ed esposta, come sono i suoi occhi, possa anco in questa materia del rispetto alle Chiese servire di esempio a tutte l'altre

"Nazioni del Cristianesimo; ed in tal maniera presentarsi da quei flagelli, che per castigo delle nostre colpe pur troppo ci vengono presentemente minacciati dalla Divina Giustizia." Roma 26. Luglio 1701. G. Cardinali di Carpegna Prefetto. G. D. Paraciani Prosecretario.

Ludi theatrales etiam prætextu consuetudinis in Ecclesiis, vel per Clericos fieri non debent; Cap. Cum decorem 12. de vita; & honestate Clericorum, Conc. Toletan. 22. cap. 29.

Nec in Ecclesiis fieri possunt representationes, seu comœdiæ, quæcumque illæ sint, profanæ, vel sacræ, & permittentes puniendi sunt. Sic expresse cit. Conc. Tolet. 22. cap. 19. & concordat cit. cap. Cum decorem. Et tenent Marian de Specul. cap. 7. Zerola in Praxis Episc. part. 1. verb. Representationes, & alii citati, & secuti ab Ursaya Instit. Criminal. lib. 3. tit. 4. num. 29. Nicolius Lucubrat. Canon. lib. 3. tit. 1. num. 27. Monacell. tom. 4. suppl. ad tom. 2. n. 207. & alii passim.

An autem in Ecclesiis fieri possint representationes devotæ rerum piarum, puta solemnitatum mysteriorum Fidei, Passionis Domini, Vitæ alicujus Sancti, &c.? Affirmat Barbosa in cap. Cum decorem n. 6. Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. §. 23. num. 20. Cohell. ad Bull. bon. reg. cap. 40. num. 8. Ursaya loc. cit. n. 29. per text. in cit. Concil. Toletano 22. cap. 19. ibi: Per hoc tamen honestas Representationes, & devotas, que populam ad devotionem movent, tam in prefatis diebus, quam in aliis non imendimus prohibere. Sicque tales representationes dicunt ipsi, conducunt homines velius ad compunctionem, quam ad lasciviam, seu voluptatem. Negant autem Monacell. l. cap. num. 107. Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 14. cap. 8. num. 9. Nicollus loc. cit. num. 27. verb. Amplia, ubi sic expresse habet; Amplia, ut neque piæ representationes, puta passionis Domini, vel Sanctorum, permittende sint in Ecclesiis. Unde Sacra Congreg. similes licentias concedere solet cum infrascriptis conditionibus. I. Quod fiant extra Ecclesias. II. A Sacerdotibus, vel Clericis, aut aliis piis Viris. III. De die non de nocte. IV. Opus autem revisum, & approbatum fuerit ab Ordinario, qui non permittat ibi Apocrypha misceri. V. Torumque fiat sine scandalo, & cum ædificatione populorum. Sac. Cong. reg. in Retina 20. Jan. 1579. in Nolana 28. Aprilis, in Assisiensi 18. Martii 1603. Quare, cum scandala timeantur, debent prohiberi. Sac. Congr. in Viterbiensi 3. April. 1582. Et nullibi fieri sine licentia Episcopi; Sacra Congregatio Concil. in una Bracharen. Hactenus ille. Unde ad conciliandas prædictas opiniones concludendum est, quod representationes piæ, ac devotæ possint quidem fieri in ecclesiis, sed cum licentia, & approbatione Episcopi. Secus autem non.

Agere hic non esset incongruum de Juribus honorificis, quæ in ecclesia laicis præstari solent. At longior sanè essemus, quam patiantur limites addicendum. Satis sit indicare quid de ipsis disserunt Auctores.

Vide itaque Franciscum de Roye de Juribus honorificis in ecclesia. Clausit Auctor hic totam tractationem duobus libris. Primi libri tredecim sunt capita. Caput primum ita conceptum est: Quid sit honor, in quibus consistit? Quid sint jura honorifica? Eorum divisio. Methodus istius tractatus. Cap. II. In quibus locis reddantur illi honores? Cap. III. A quibus præstentur illi honores? An laicis debentur? Cap. IV. Honor representationis, & alimentorum ex bonis ecclesie. Cap. V. Honor thuris aut suffitus. Cap. VI. Honor precum. Cap. VII. Honor processionis. Cap. VIII. Honor Lictæ. Cap. IX. Honor sepulture. Cap. X. Honor Sedis. Cap. XI. De Ordine Seditium, & quæ ea disponat? Cap. XII. Honor panis benedicti. Cap. XIII. Oraculum pacis, & Aqua benedicta. Quindecim vero sunt capita secundi libri. Cap. I. Ex quibus rationibus aut principijs honores in ecclesia deferuntur? Quædam catholice ad hunc tractatum. Cap. II. Principibus omnes illi honores debentur. Cap. III. Fundamentis debentur omnes illi honores. Cap. IV. De Senioribus locorum, qui omnimodam jurisdictionem habent, & in ea possunt ecclesiam. Quinam iis honores in ea debeantur.



1. tur. Cap. V. De iis senioribus, qui mediam habent justitiam. Cap. VI. De iis, qui basam seu inferiorem justitiam habent, & fundam in quo constructa sit ecclesia. Cap. VII. De Benefactoribus. Cap. VIII. De Magistratibus regis ejus territorii, in quo posita sit ecclesia. Cap. IX. De Nobilibus, qui manent in eadem parocia. Cap. X. An simplices Nobiles in iis honoribus ecclesie preferantur Judicibus seniorum parociae. Cap. XI. De plebeis, qui vel jupatronatus vel senioratum, vel aliquod feudum habent. Cap. XII. De successoribus. Cap. XIII. An singularis successor possit tollere Augustum suorum litras, & suas reponere. Cap. XIV. De mulieribus. Cap. XV. Ubi, & quomodo de iis honoribus agendum, (Vid. jus patronatus.)

3. Confert itidem Hericourt in Legibus Ecclesiasticis suo ordini restituiti part. 3. cap. 9. per tot. tum & maxime Ruseaud de la Combe in sua Jurisprudencia Canonica verb. Jura Honorifica. Quod si specialem de juribus Honorificis Patronorum desideres tractatum, adi Michaelen de Petroy de Juribus honorificis cum utilibus Patronorum.

EDICTA LAICALIA. Vide verb. Frumentum, & verb. Lex art. 3. & num. 14. ad 78.

EDUCANDE.

1. EDUCANDARUM puellarum admisso in monasterium fieri nequit sine apostolica licentia, & Ordinariorum examine. Benedictus XIV. tom. 2. constituit. 26. incip. Per bina.

2. Pro matrimonio, & sepultura educandarum; vide verb. Matrimonium art. 2. num. 115. ad 121. Alia ad rem; vide verb. Monialis art. 1. n. 1. ad 63.

EJICERE, EJECTI A RELIGIONE.

SUMMARIUM.

1. RELIGIOSI professi vere incorrigibiles possunt licite ejici a Religione.
2. Afferuntur ad hoc Decreta Sac. Congreg. Concil. Urbani VIII. jussu edita de Regularibus Apostatis & Ejectis.
3. Adducitur Decretum ejusdem Sacre Congregationis Innocentii XII. jussu editum moderatorium, & incorrigibilium respective innovatorium.
4. Ad expulsionem incorrigibilium quinque preæquiruntur, & enumerantur.
5. Recidivatio in ordine ad expulsionem non requiritur quod fiat in idem crimen specie, sed sufficit quod fiat in alia delicta, quomodo specie diversa.
6. Monitio, seu poenitentia debet esse trina.
7. Processus debet esse instructus juxta cujusque Religionis stylum, & Constitutiones, & per ipsum debent plenè probari cause expulsionis.
8. Carceratio formalis licet alias debuisset durare per integrum annum, nunc sufficit ad sex menses.
9. Tempus carcerationis debet esse continuum, & completum.
10. Hinc si reus è carceribus intra tempus præfixum aufugiat, nequit incorrigibilis declarari, & expelli.
11. Unde in tali casu optimus expediens est petere dispensationem à Sacra Congregatione Concilii.
12. Carceratio non debet esse ad solam custodiam, sed debet esse qualificata ardetione & poenitentia in carcere formalis.
13. Vere incorrigibilis dicitur ille, qui ter convictus, & poenitus de tribus gravibus, & atrocibus criminibus, & probatus per sex menses in carceribus in jejuniis, & poenitentia non fuit emendatus, sed animo adhuc perseverat in sua pertinacia.
14. Ad probandam incorrigibilitatem pro expulsionem non potest carcerari, nisi qui post tertium delictum, & tertiam poenitionem iterum delinquit. Ceteraque ad

idem concernentia: Quomodo procedendum in causa: Quales expulsionis effectus ad num. 75. Adit. ex aliena manu, ad num. 77.

RELIGIOSI professi vere incorrigibiles possunt servatis servandis licite ejici a Religione. cap. Impudicus 11. & cap. Si quis sacro 17. caus. 27. q. 1. cap. Cum in Ecclesiis 10. de majoris & obedienc. Cum non ab homine 10. de judiciis; c. Ne religiosi 24. de Regularibus; cap. Cum ad Monasterium 6. & cap. Ea quæ 8. de statu Monachorum, cap. Relatum 7. Ne Clerici, vel Monachi, c. Ut a formæ 55. & cap. Contingit 45. de sentent. excommunic. Et habetur expresse in decretis de apostatis, & ejectis à Sac. Congreg. Conc. Jussu Urbani VIII. editis, & de mandato Innoc. XII. moderatis, & innovatis, quæ cum sint regula, & norma observanda circa ipsos incorrigibiles ejiciendos, & ejectos, hic ad literam subnectuntur.

Decreta Sacre Congregationis Concilii Urbani VIII. jussu edita de Regularibus Apostatis, & Ejectis. S. D.

»Sacra Congreg. Cardinalium Concilii Trident. interpretum Regularium ejectorum, & fugitivorum statui consulere, illorumque scandala summovere, & successentem numerum frangere, operæ pretium existimas, auditis Religionum superioribus, reque diligentissime pensata, communicato etiam consilio cum S. D. N. Urbano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis suæ facultate, infrascripta decreta edidit.

»§. 1. Ac primo, ut infecta semina, è quibus prævi ejusmodi fructus potissimum prodeunt, deinceps ne serantur in vinea Domini, censuit esse innovandas, & Sanctissimi auctoritate innovat constituciones, & decreta generalia san. mem. Clementis VIII. ad Regularium reformationem, ac Novitiorum receptionem, professionem, atque institutionem spectantia: districtèque præcipit Generalibus, atque aliis omnibus Ordinum superioribus, ut illa exactè observent, atque ut observentur efficiant, sub penis statutis in iisdem constitutionibus; à quibus tamen excipiendum censuit caput illud, quo decernitur, ne in conventibus, seu monasteriis ad Novitios recipiendos hætenus designatis, & approbatis, seu imposterum designandis, & approbandis Novitii ad habitum ullatenus recipi possint, nisi prius à Congreg. Reformationis Apostolicæ, vel à propriis locorum Ordinariis expresse, & nominatim approbati fuerint, à cujus quidem decreti observatione Sac. Cong. jussis de causis censuit Regulares esse absolvendos, prout auctoritate S. D. N. absolvit, atque eximit.

»§. 2. Deinde ut apostatandi opportunitas Regularibus præparatur, statuit, ut de cetero nullus permittatur ad arctiorem Religionem transire, nisi prius superiori legitime constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tumque Regularis rectè se transferat ad arctiorem; quod ut vere ipsa adimpleatur, idem superior omni studio, ac diligentia invigilet. (Lex 9. tit. 7. part. 1. concordat.)

»§. 3. Rursus statuit, ut fugitivi, & apostate sive habitum regularem deserant, sive non, possint, ac debeant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac superioribus consignari secundum regularia instituta puniendi, utque ipsi quoque superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficiere ut apprehendantur, salva tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa ex decreto Concilii cap. 3. sess. 6. (Conventi lex 21. titul. 7. part. 1.) Quod si apostate hujusmodi, citra montes infra quatuor, ultra montes vero infra octo menses à præsentis decreti publicatione inchoandos, sua sponte, ad suam quisque religionem redierit, tunc poenitentiam omnium ipsis propter apostasiam inflicturam, aut infligendam remissionem, atque impunitatem assequantur, ita tamen, ut debeant à superiori absolute non humiliter petere, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri. Superior

»vero

»vero è contra benigne illos teneatur excipere, ab hujusmodi penis absolvetur, & paterna charitate commplecti.

»§. 4. Ad hæc, ut imposterum è Religionibus nullus legitime professus ejici possit, nisi sit vere incorrigibilis; vere autem incorrigibilis minime ceaseatur, nisi non solum concurrat ea omnia quæ ad hoc ex juris communis dispositione requiruntur, sublatis hæc in parte statutis, & constitutionibus cujusque Religionis; & Ordinis etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis; verum etiam, unius anni spatio, in jejuniis, & poenitentia probetur in carceribus, proindeque unaquæque Religio privatos habeat carceres in quolibet saltem provincia; elapso autem anno, si nihilominus non resipuerit, sed animo indurato in sua perverciacia perseveraverit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tantquam pecus morbida, ac membrum putre, ejici tandem possit, sed ab ipsomet Generali tantum de consilio, & assensu sex patrum ex gravioribus Religionis eligendis in singulari capitulis, vel congregationibus generalibus; tumque non nisi instructu secundum eorum stylum, & constitutiones processu, & plenè probatis causis expulsionis ad sacrorum canonum præscriptum; interea tamen usque ad primum generale capitulum, seu congregationem proximè celebrandam; si quæpiam ex justis, & necessariis causis expelere oportebit, ejectio fieri possit à Generali cum consilio, & assensu sex patrum, ut supra; quos idem Generalis eligere debeat infra quatuor menses à præsentis decreti publicatione; servata tamen in reliquis forma superius scripta; sic vero ejecti, quamdiu non redierint ad Religionem, in habitu clericali necedant, atque Ordinarii loci jurisdictioni, & obedientiæ substat, proindeque Generalis illi expulsi sententiam eidem Ordinario notificare teneantur. Ceterum Sac. Congr. Religionum superiores serio admonet, ac per Jesu-Christi viscera obtestatur, ut memores paternæ charitatis, & mansuetudinis quam profitentur, nihil intuentum relinquunt, ut incurrentur animas fratrum suorum fere in profundum majorum delapsas, antequam gravissimum, atque extremum expulsionis remedium experiantur; idque eo magis, quod subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officii immemor Prælatorum reprobè peribunt, D. N. J. C. in supremo Dei judicio de eorumdem Prælatorum manibus sit requisiturus.

»§. 5. Præterea statuit, ut iidem superiores nemini ex Religiosis expulsi literas testimoniales concedant, illas ad Sedem Apostolicam rejicientes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.

»§. 6. Item ut ejecti extra Religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio ordinum, sublata Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

»§. 7. Ac postremo censuit esse innovandam, & suæ Beatitudinis auctoritate innovat consist. fel. rec. Gregorii IX. relatum in cap. fin. ex de reg. Ac propterea declarat, eam consist. in iis quoque vindicare sibi locum, servandamque esse, qui justè, definitivèque, ac juris ordine servato, expulsi fuerint, dummodo tamen expulsi hujusmodi subitè spes evidens emendationis, nec literis saltem testimonialibus Ordinarii, cujus conscientiam in his literis concedendis Sac. Congregat. serio oneravit.

»§. 8. Nequa vero difficultas in superscriptis decretis, & ordinationibus exequendis suboritur, Sac. Congr. S. D. N. annuente atque approbante, universis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præsentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis superioribus quoruncumque ordinum vel congre. monasteriorum, conventuum, collegiorum, domorum, ac locorum Regularium, ubique locorum existentium injungit, serioque mandat, ut illa diligenter observent, atque observari procurent in omnibus cænobis, ac monasteriis, collegiis, ac domibus quoruncumque Monachorum, ac Regularium ubique locorum existentibus, Ferrar. Bibliothec. Tom. III.

»efficacique, ut tam decreta supradicta felicis record. Clementis VIII. quam præsentis ordinationes in singulis ejusmodi locis, bis saltem in anno legantur in publica mensa.

»§. 9. Si quis vero ipsorum adversus ea quæ superius præscripta sunt, vel eorum aliquid quoquam modo facere, vel moliri præsumperit, ipso facto ponam incurrat privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque activæ, passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis, ad illa imposterum obtinenda, poenæque hujusmodi sit Sanctitati suæ, ac Sedi Apostolicæ reservata, iisdem superioribus etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, seu relaxandi potestate penitus interdicta, & nihilominus sit irritum, & inane quidquid secus à quoquam actum fuerit.

»§. 10. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis in favorem quoruncumque personarum atque ordinum tam mendicantium quam non mendicantium, congregationum, monasteriorum, conventuum, domorum, ac locorum regularium quoruncumque, necnon illorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis etiam in corpore Juris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limite fundationis concessis, etiam Magna, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus & formis specialis, & individualis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores ejusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, presentibus pro expressis habentes, quibus, quoad ea quæ supradictis quomodolibet adversantur, illis alias in suo robore permanentis specialiter, & expresse Sanctitatis suæ auctoritate derogat, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Roma die 21. Septembris. 1624. Cosmus Cardinal. de Torres. Prosper Fagnanus Sacre Congreg. Secr.

Decretum ejusdem Sac. Congreg. Innocent. XII. jussu editum moderatorium & incorrigibilium respective innovatorum.

»Instantibus Procuratoribus Generalibus Religiosorum Ordinum pro moderatione decretorum de apostatis, & ejectis editorum à Sac. Congreg. Concil. & sanctæ mem. Urbano Papa VIII. ann. 1624. confirmatorum, ut facilius modis incorrigibiles ejiciendi præscribatur, Sac. Congr. à Sanctissimo Domino nostro Innocentio Papa XII. super præmissis particulariter deputata, Emimentis. S. R. E. Cardinalium Carpinei, Casanate, Mariscotti, Norfolcia, de Lauræa, de Aguiræ, & Colloredi, perpenis eorumdem Procuratorum Generalium votis ne consortio morbidarum pecudum ceteræ corrumpantur, & remedia hucusque ad sanitatem oblata male affectis officiant magis quam prosint, maturo examine, zelo regularis disciplinæ censuit, statuit, & auctoritate ejusdem Sanctissimi Domini nostri sibi specialiter attributa, hæc imposterum servanda decrevit.

»1. Quod firmis, ac in suo robore semper manentibus prædictis decretis de apostatis, etiam secundum eam partem, ubi agitur de ejectis, & ejiciendis, tamquam sacris canonibus, & communiori SS. Patrum menti conformibus quoad ejectos, eadem serventur, quæ in alio simili decreto hæc præsentis die emanato de apostatis, & fugitivis statuta sunt, & indulta; Quodque ad præscriptam legem sanctæ mem. Gregor. IX. in cap. final. de reg. annuatiis fugitivis requirantur, & respective cogantur ad claustra reverti.

Y

»2.